


Peter Lauremberg

Programma Quo Rector Academiae Rostochiensis Petrus Lauremberg, Phil. & Med. D. & Prof. Ad iusta exequalia & sepulturam, Quam Adolescenti studioso ornatissimo Joanni Hoppio Silesio fieri curabunt populares, Hodie ad horam mediam primam in templo Jacobaeo. Academiae huius Cives omnis conditionis amanter & officiose invitat

Rostochi[i]: Pedanus, 1635

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771006764>

Druck Freier  Zugang



Lauremberg, P.,
in J. Hoppe.

Rost. 1635.

19

PROGRAMMA

QVO

Rektor Academia Rostochiensis

PETRUS
LAUREMBERG.

Phil. & Med. D. & Prof.

Ad iusta exequialia & sepulturam,

Quam

Adolescenti studioso ornatissimo


JOANNI HOPPIO SILESIO

fieri curabunt populares,

Hodie ad horam mediam primam in templo

Jacobæo,

Academiae hujus Cives omnis conditionis
amanter & officiosè invitæ.



ROSTOCHI,

Litteris Viduae JOACHIMI PEDANI Acad Typog.

ANNO M. DC. XXXV.

PROGRAMMA

Rektor der Universität Rostock

P E T R U S
L A U R E M B E R G

Adjunctus ex officio & legitimatus

JOHANNI HOTTORUS

Medicus et Primarius in Medicina



Rostock

ANNO DOMINI 1777



RECTOR
Academiae Rostochiensis
PETRUS LAUREMBERG,
Phil. & Med. D. & Prof.

DE APOLLINE COMMENTI
sunt Poetae, quod cum is Hyacinthi adole-
scentis amore captus, cum eodem sese
oblectaret Disci lusu, Ventus discum ab Apolli-
ne missum converterit in caput pueri, unde is
effracto Cranio interierit inexpectata & subita-
neâ morte. Cœsum adolescentem ab Apolline
conversum esse in florem cognominem; & ex
cruore huic inditum colorem. Inde originem
profluxisse ejus moris, quo antiquitus Ephebi
sacram comam DEO isti mutire soliti sunt;
eamq; eo tempore sacris delubris suspendere,
quo Apollini similes esse desinerent, idest, cum
tenerâ lanugine malæ cepissent investiri.
Hunc apologum flectant sane alio versus, quo
volent, Interpretes Mythologi; Mihi lubet hac
vice eum convertere in rem præsentem, quæ
juber hodierna die exequias ire, adolescenti
ante triduum rebus humanis exempto. Apollo
patro-

parronus est, *καὶ μέγας ἰδὸς* tutelaris studiosa Ju-
ventutis, quæ discendis bonis litteris, studioq;
sapientiæ incumbit. Ab isto hæc efficitur ama-
tur, colitur, habeturq; in delicijs & cura.
Cum isto quando hæc sese exercet ludo litera-
rio; cum pernox & perdia invigilat artibus in-
geniis, comparando eruditionis penur, captā-
dis & ambiendis, quæ ab sapientia promanant
oblectamētis, crebro, eheu, usu venit, ut ingru-
ente aduersitatum ac improspere valetudinis
sinistro flatu, incursuque, propellatur in ejus
caput præfens perniciēs & insperatus vitæ exitus.
Hoc pacto Ephebis studiosis, ex Apolline fit
ἄπολλων: Apollinisque soror Minerva, (quæ illis
item præfecta est) nimis enervās vires, & minu-
ens nervos, ad præmaturum obitum adigit flo-
rem adolescentiæ. Hanc sortem expertus est il-
le, de quo cepi dicere, Adolescens Phœbæi ordi-
nis affecta, JOHANNES HOPPIUS, qui cum Apollini
esset intimæ admisioni & amor; cum illius du-
ctum sequeretur; cumq; eo sese exerceret plu-
sculum, factum est, quod experiri & perferre
coactus sit Hyacinthi fortunam, dum in caput
illius irruit dura clades pernicialis ægritudinis.
Præcisum est illi, erogatumq; in cultum Apolli-
nis non capillitium, sed filum vitæ, eo tempore,
quo

quo pulchra ei iuventa ceperat nitere, & ver-
nare florentibus annis. Nimirum commo-
dum ingressus ætatis annum nonum & deci-
mum, factus est tanquam Phœbeus flos, qui in-
clemente pollice decerptus emarcuit ante
diem. Natalis illi terra SILESIA fuit, provincia
suo quidē genio, singulariq; Naturæ privilegio
felix, nulliq; alteri secunda, sive urbium splen-
dorem spectes, sive florem incolarum, sive opū
vim, sive quidquam aliarum rerum quas hu-
manus usus poscit tam ad necessitatem, quam
oblectamenta & delicias: hæc omnia abundan-
ter. Silesia, absq; lamentabili bello esset, quo jam
aliquot annos enormiter quassata, & duriter
pressa fuit. Hujus Silesiæ urbs quædam est,
Landeshutt, à Budorchi seu Uratislaviâ occasum
versus haut longe recedens, quâ in Lusatiam tri-
solet. Ea nascentem vidit beatum JOHANNEM
Anno 1616. parentibus istic loci honoratis & cla-
ris, Patre BALTHASARE HOPPEN, prætore & Satra-
pâ prælaudatæ urbis; matre BARBARA Hirsfeldia.
Porro quod omnes Christiani parentes facere
& solent & debent, ut infantes suos teneros Re-
dem ptori per baptismum obferāt, cōsecrentq;
id JOHANNI etiam præstitum fuit; quem mox
à natalitijs in sacrosanctum Christi cœdus ad-
missum

A 3

missum

missum parentes curarunt, & Ecclesia suscepit.
Adultior factus, quam primum ætas ejus tulit,
in ludum ire cœpit; ubi postquam à Magistris
rudimenta litteraturæ probe didicisset, ablega-
tus est ad Scholas vicinas, doctrinæ ulterius
conquirendæ gratiâ. Exercuit se, & sub Musarum
vexillis militavit primum in Scholâ Fri-
bergensi; dehinc Schweidnicensi; postmodum
Uratislavianâ. Erat illi ingenium solers, mens
discendi cupida, quibus incitatus, sic volente,
& suadente utroq; parente, Rostochium ad nos
commigravit, ut, quam affectabat Eruditionis
metam, hic contingeret & assequeretur. Neque
frustratus illam fuisset eventus, & opinio præ-
concepta, nisi ex transverso obrutus fuisset in-
valetudine, quam tamen apud nos primò non
ad se civit, sed foris attulit. Enimvero jam in iti-
nere, & media viâ incommodiusculè cœpit ha-
bere: eoq; processit malum, ut ægrû corpus intu-
lerit in hanc urbem. Qui igitur animi sanita-
tem, id est, sapientiam quærebat, jacturam fecit
sanitatis corporeæ: Et qui publica Musarum
collegia frequentare constituerat, intra priva-
tos parietes lectulo affixus perpetuo delitescere
coactus est. Adeo non ambulant eandem viam.
Consilia hominum & Dei voluntas! Toto il-
lox.

10x. hebdomadam decursu, quo noster fuit,
Sol eum extra conclave, quod conduxerat, in-
aprico nunquam vidit. Miserum mehercules &
triste fatum hominis, positi in flore adolescen-
tia! Hominis peregrini, & apud exteros igno-
tosq; versantis! Hominis probi, pii, ingenui,
modesti! Sic lento ac periculoso morbo JOHAN-
NES confectus, cum in terris medicinam nullam,
efficacem debellando hosti suo, inveniret, ad
cælum se convertit; & crebro usus accessu al-
loquioque Viri Reverendi, Clarissimi *Dni M.
Christiani Michaelis*, Pastoris ad D. Iacobum,
qui neque die neque noctu illum, cum res po-
stulavit, deseruit, sed decumbenti fidelem &
salutarem operam præstitit, ab hoc spiritali
suo curatore & patre *Johannes*, tum piâ conso-
latione reffectus, tum sacrosancti corporis &
sanguinis Iesu fruitione donatus, ad XIII. Augu-
sti, inter 3. & 4. pomeridianam in verâ Dei agni-
tione, desiderio, invocatione, fiducia, animam
suam emisit illuc, unde eam acceperat. *Ærum-*
nabile fatum parentum qui filium unicum, si-
ne spe prolis ulterius suscipienda, perdidērunt
proculâ conspectu suo! quem sanum sospitem-
que à vultu amplexuque suo dimiserant! qui
heres unus futurus erat bonorum ac amicitia-
rum

rum paternarum: qui solus Spes generis; profapiae columen; senectutis solatium, fore promittebatur. Sed velut omnia sunt hominum tenui pendentia filio, ita oportebit tristissimos parentes, humana humaniter ferre; & quod Dijs dant, id pati æquo animo. Cælum pariter propinquum apud Varnum defunctus invenit, atq; in sinu terræ patriæ. Equè Christus favorabilis venit verà fide instructis, ubi ubi moriantur. Quiescent Joannis pie defuncti ossa etiam apud nos molliter & securo, quanquam loco plusculum à paternâ sede distito. Non ita is fecit cum parentibus divortium, ut non aliquando isdem denovo queat consociari. Verum statu multo beatiori & optabiliore, quæ spes merito detergere debet inconstitudinem animis parentum.

Nihil vero amplius desit Manibus defuncti nostri, quam ut destitutum animâ corpusculum inferatur in eum locum, qui commune est mortuorum receptaculum. Ad id exsequendum, tum præsens dies constituta est; tum vestra præsentia opus est, Cives Academici quotquot estis: summi, medioximi, infimi. Rogamini amanter, & invitamini officiosè, ut cui vivo indicia forte boni affectus exhibere nequivistis, utpote ob morbum perpetem præcluso à vestrà conversatione, cum demortuum prosequantini honore & obsequio ultimo. Nostri ordinis adolescens fuit: Debemus ergo illi hoc officium: Peregrinus est, & cognatis hoc loco destitutus: Humanitas ergo & hospitalitas id postulant. Adeste igitur, ad Mediam primam in Templo Jacobæo, & quod quisque vestrum post peracta fata, vel sibi ipsi, vel suis fieri volet, id huic volentes & frequentes præstare. P. P. Sub Sigillo Universitatis ANNO M. DC. XXXV. 17. Augusti.

tox. hebdomadam decursu, quo
Sol eum extra conclave, quod cond
aprico nunquam vidit. Miserum n
triste fatum hominis, positi in flore
tia! Hominis peregrini, & apud ex
tosq; versantis! Hominis probi, pi
modesti! Sic lento ac periculoso mo
NES confectus, cum in terris medicin
efficacem debellando hosti suo, in
caelum se convertit; & crebro usus
loquioque Viri Reverendi, Clariss
Christiani Michaelis, Pastoris ad D
qui neque die neque noctu illum, c
stulavit, deseruit, sed decumbenti
salutarem operam praestitit, ab ho
suo curatore & patre *Johannes*, tum
larione reffectus, tum sacrosancti
sanguinis Iesu fruitione donatus, ad
sti, inter 3. & 4. pomeridianam in ver
tione, desiderio, invocatione, fiduci
suam emisit illuc, unde eam acceperat
nabile fatum parentum qui filium u
ne spe prolis ulterius suscipienda, p
procul a conspectu suo! quem sanun
que a vultu amplexuque suo dimi
haeres unus futurus erat bonorum a

